



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvm Serie Vigesimvm-Octavvm De Matrimoniis, &
Sponsalibus, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Qui possint in denuntiationibus dispensare, & quæ sit causa legitima
dispensationis. §. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76659](#)

matrimonii, quando non presumitur impedimentum, censent aliqui graues Doctores leuem esse materiam, neque excedere venialeculam culpam, ut videtur est in Petro de Ledesim. tract. de matr. quis. 3. art. 5. pun. 3. dub. 1. conclu. 3. Sanch. lib. 3. dis. 5. num. 7. Rebell. lib. 1. quis. 7. num. 1. Galpar Hurtado difficult. 18. num. 19. At vt bene Egid. Coninch. dis. 27. dub. 3. conclu. 3. absque gravi causa haec doctrina admitti facile non debet. Deinde fit uno, vel altero die festo etiam non immediato denuntiationes intermittantur, vel econtra sita continetur, & successivae denuntiationes fiant, ut nullius diei finitum remissio, non videtur gravis materia ad peccatum mortale sufficiens, sicut docet Sanch. & alij nuper relati. Quinto à mortali excludandis est si tribus diebus etiam non festi, sed feriatis stante magno populi concursum proclamatio-nes fierint, ut docuit Sanch. lib. 3. dis. 6. num. 9. Reginald. lib. 3. num. 27. Gutier. tract. de matr. cap. 5. num. 8. Hurtado difficult. 18. Layman. tract. 1. o. de matr. 2. part. cap. 4. num. 10. Qui id ipsum docent, est proclamations fierent extra Ecclesiam in locis competentibus, ut in praedicationibus magna populi copia confluente, eo quod fini Concilii qui est ut matrimonium contrahendum ad multorum notitiam perveniat fit sat, si diebus feriatis, vel in loco publico, vbi ingenio populi concursus adeat publicentur.

5. Quod si contingat casus, in quo matrimonium statim contagi bono communi, vel speciali contrahentem expedit maximè, neque sit recursus ad Ordinarium, qui in predictis denuntiationibus dispenset, poterunt contrahentes absque villa culpa matrimonium contrahere coram Parochio, & testibus, Parochusque, & testes adesse poterunt quia leges Ecclesiastice non conferuntur rigore obligare, ut bene docuit Sanch. in 4. o. 2. 8. q. 1. art. 1. conclu. 3. §. ex his Ludovic. 1. oper. 1. p. infrauct. cap. 3. 9. §. ex predictis. Coninch. dis. 27. de matr. dub. 5. num. 12. Sanch. alias relatis. lib. 3. dis. 10. num. 27. Paul. Layman. tract. 10. 2. part. cap. 4. num. 10. Indicat Gutier. cap. 57. de matr. num. 6.

§. IV.

Qui possunt in denuntiationibus dispensare & quae sit causa legitima dispensationis?

1. Ordinarius potestatem habet in denuntiationibus dispensandi.
2. Vicarius Episcopi hanc potestatem habet ex vi vicariatus, et alij negent.
3. Parochio non est datum in his denuntiationibus dispensare.
4. Potestas dispensandi in his denuntiationibus delegari potest.
5. Nequit ordinarius dispensare absque causa cognitione.
6. Non est opus iudicialis cognitionis.
7. Qye sint causae iusta ad dispensandum?
8. Proprietum signatarum causae dispensationis.
9. Quid ordinarius obseruare debeat, antequam dispenseat.

1. Concil. Trident. sess. 2. 4. cap. 1. hanc potestatem con-
cedit Ordinario, ibi: Nisi ordinarius ipse expedire
iudicauerit, ut denuntiationes omittantur. Nomine Ordinarij
non solum Episcopus, ut de se constat, sed Abbates, Priores,
alique plures iurisdictionem quasi Episcopalem habentem
incipiunt, ut bene tradidit Nauar. lib. tit. de sponsalib. in
edit. conf. 5. & sub tit. de clandestina desponsat. in 2. edit. conf.
1. Henric. lib. 11. cap. 5. num. 5. Rodrig. 1. sum. cap. 21. num.
4. 2. edit. Sanch. dis. 7. num. 4. Quocirca Magister Schola-
Salmanticensis poterit in his denuntiationibus dispensare
cum Scholasticis, qui in matricula descripsi sunt, ut docue-
runt Rodrig. & Sanch. supra. Et Gutier. de matr. cap. 5. num.
9. Idem testatur de Commendatario perpetuo ob
iurisdictionem quam haber Nauar. dicta conf. 2. de clan-
destina desponsat. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. gloss. 1. §. 8. nu-
mero 28.

2. Vicario Episcopi ex vi vicariatus absque speciali de-
legatione hanc potestatem denegant Henric. lib. 11. de matr.
cap. 5. Basil. Ponce lib. 5. cap. 3. Anton. Gomez in explicat. crv-
stic. cap. 4. quis. 4. Menoch. conf. 69. num. 55. volum. 1. & lib. 2.
de arbitri. cap. 4. 13. n. 5. Cephalus. conf. 4. 21. a. num. 72. volum.
3. Pavin. Iur. pract. 2. t. pristudio 3. in fine Spino, in speculo refta-
ment. gloss. 15. num. 29. Sed rectius tam illi concedunt Sanch.
lib. 3. dis. 7. num. 10. Egid. Coninch. dis. 27. num. 6. num. 55.
Riccius in prax. decis. 2. 59. Galpar Hurtado dis. 5. difficult. 19.
num. 6. Zealous in suis pract. qq. quis. 604. num. 92. ad finem.
Gutier. cap. 56. num. 11. quia Vicarius Episcopi est Ordinari-
nus, quippe idem cum Episcopo tribunal constituit.

3. Parochum autem itante suspicione malitiosi impedi-
menti posse in denuntiationibus dispensare docuerunt Ver-
etur in appendice ad speculum, dub. 1. Candelab. aurum. 1. part.

de matr. num. 24.3. Petr. de Ledesim. de matr. quis. 4. 5. art. 5.
circa 3. punct. dub. 1. co quod Concil. Trident. Parochio commis-
sive videatur. Nam postquam Concilium dixit Parochum de-
bere contrahentes coniugare nullo opposito legitimo im-
pedimento, subdit. Quod si aliquando probabilis fuerit sus-
cipio matrimonium malitiosè impediri posse, si rot. præce-
ferunt denuntiations, tunc vel vna tantum denuntiatio fiat,
vel saltem Parochio, & duobus, vel tribus testibus præsen-
tibus matrimonium celebretur. Cum ergo nullam Ordinarij
mentionem fecerit Concilium, videur negotium hoc Paro-
cho remittere Contrarium tamen omnino tenendum est, non
posse Parochum in his denuntiationibus dispensare, quia ante
Trident. omnes facerunt non posse Tridentinum vero de-
creta Lateranensis Concilii non mirauit, sed potius illis in-
haerens decisionem constituit. Neque verba relata contra-
riu[m] indicant, & supponunt namque denuntiationum dispen-
sationem factam esse ab Ordinario, cuius iudicio ipsum Con-
cilium negotium pauli inferius remittit, ibi: Nisi Ordinari-
rus ipse expedire iudicauerit, ut denuntiations remittantur,
vel urgere eajus maritionem contrahendi, & dispensationem
obtineri non posse, iuxta ea que diximus §. precedenti in fine.
Atque ita ex declaratione Cardinalium docuit Henric. lib.
1. cap. 5. num. 5. Menoch. volum. conf. 6. num. 61. Sanch.
lib. 3. dis. 7. num. 17. Gutier. lib. 1. canon. quis. cap. 1. o. num.
6. Et de matr. cap. 5. num. 12. Coninch. dis. 27. dub. 5. in
fine numero 53. Paul. Layman. tract. 10. de matr. 2. part. cap. 4.
num. 10.

4. An autem possit Episcopus, aliisque Prælati iurisdictionem
quasi Episcopalem habeutes potestare dispensandi in
his denuntiationibus delegare? Negant Menoch. dicta conf.
69. à num. 55. volum. 1. eo quod videatur electa industria per-
sona, siquidem eius iudicio, & prudentia Concilium hanc
dispensationem remittit: at quoties ad aliquod munus industria
persona eligitur, nequit id munus delegari: cap. fin.
§. 15. autem, de officio leg. Item negotium hoc vix tangens
causam matrimoniale videatur esse arduum, ergo center ad illud industria personæ eligi, pluribus comprobant Menoch.
de arbitri. lib. 1. q. 4. num. 11. & quis. 6. num. 1. Et col-
ligitur ex cap. 1. cui, de officio deleg. lib. 6. Sed rectius firmare
contrarium Spino de testament. gloss. 15. num. 29. Sanch. lib. 3.
dis. 7. num. 20. Zealous in suis qq. pract. quis. 604. num. 3. &
99. Gutier. de matr. cap. 5. num. 13. Reginald. lib. 31. numero
235. in fine. Egid. Coninch. dis. 27. num. 55. concl. 3. Quippe
hac potestas non Ordinarius, quatenus personæ singula-
res sunt, sed quatenus iurisdictione ordinaria gaudet, con-
ceditur, ac proinde delegari potest. Non enim ceterus ele-
cta industria personæ ex eo quod negotium arduum sit, ciu-
isque prudentia commisum, si delegatio personæ incogniti, &
indeterminata fiat, sicuti contingit in præsentis, fit enim
omnibus Ordinariis tam præsentibus quam futuris. Adde ip-
sum etiam Vicarium generali Episcopi posse hauc potestat-
em delegare, nam esto non possit alium Vicarium confi-
tuere, cap. clericis de officio Vicarij; at potest vnam, vel alteram
causam delegare, vt docet Glolla cap. 1. de officio Vicar. in 6.
verb. ipsius. Et tradit Sanch. dicto lib. 3. dis. 7. num. 21. Gu-
tier. de matr. cap. 5. num. 13. Coninch. dis. 27. dub. 6.
num. 5.

5. Hanc autem dispensationem nequit ordinarius face-
re absque iusta causa cognitione, committit enim a Gon-
cilio illius prudentia, & iudicio. Quæ verba arbitrium pru-
dentialis, & ratione regulamentum important, ut bene Menoch.
de arbitri. lib. 1. quis. 8. num. 26. quod nequit confundere ab-
sque iusta causa cognitione. Atque ita tenet idem Menoch.
conf. 6. 9. num. 62. Salcedo pract. cap. 37. §. dispensat. Zealous pract.
quis. commun. contra commun. quis. 604. num. 103. Sanch. lib.
3. dis. 7. num. 1. Gutier. lib. 1. canon. qq. cap. 19. num. 1. & de
matr. cap. 57. num. 1. & alij plures ab eisdem relati. Quocirca
si absque villa causa ordinarius omnes denuntiations omis-
tendas permitteret, credo mortaliter peccatum, quia potes-
tate sibi concessa abutitur, vt bene Sanch. dicta dis. 8. num. 2.
Neque eius doctrina adversatur (quidquid dicat Gutier. d.
cap. 57. num. 1.) quod aliquando permittit Parochio absque
gravi culpa absistere matrimonio, cui una denuntiatio omis-
sa est, & proceribus conceditur nulla præmissa denuntiatio-
ne matrimonium celebrare, quia omisso vnu denuntiatio-
nis leuis materia censetur, dignitas vero Procerum causam
indulgenziæ præstat.

6. Prædicta iusta causa cognitione aliquibus Doctotoribus
videtur judicialis futura, eo quod non solum pro conscientiæ
fato, sed etiam pro foro extenso deseruat, sic docuerunt
Henric. lib. 1. t. 1. Et Segura Daualos director indic. 2. p. 1. 6. n.
17. Sed oppositum vt probabilis defendunt Zealous in suis
qq. pract. quis. 604. num. 104. Sanch. lib. 3. dis. 8. num. 4. Gu-
tier. de matr. cap. 57. num. 2. Et lib. 1. canon. qq. cap. 19. num. 12.
quia Concilium arbitrio Ordinarij remittit, quod sufficien-
ter ratione regulare potest, si ex testibus etiam non iuratis
agnoscant adesse causam remittendi denuntiations. Neque
hinc sit nullam esse differentiam inter hanc dispensationem.

& eam qua datur pro conscientia foro: est enim lata differentia; quippe dispensatio pro conscientia foro ex sola relatione perentis, & affirmantis causam esse legitimam conceditur; secus vero haec dispensatio, qua aliunde, quam ex contrahentibus constare Ordinario debet causam dispensandi iustum subesse.

7. Quae finit cause iusta ad dispensandum tradunt Doctores, ut videtur est in Sylvestri verbo Matrimonium 6. quest. 7. Zerola in praxi 1. part. verbo Matrimonium s. 9. Ludovic. Lopez, 1. part. instrucl. cap. 87. Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 8. 3. num. 1. Henr. lib. 11. cap. 16. Sanch. lib. 3. disp. 9. Reginald. lib. 31. num. 2. 1. Coninch. disp. 27. dub. 6. num. 57. consl. 5. Gutierrez de matrim. cap. 57. 2. num. 3. Paul. Layman. lib. 5. tract. 10. 2. part. cap. 4. num. 11. Basil. Ponce. lib. 5. cap. 12. & alii. Nam licet Concilium solidum timorem malitiosi impedimenti ut causam iustum designauerit, quia tamen arbitrio Episcopi reliqui hanc dispensationem potest Episcopus alius ex causa utroque iustus, & legitimis dispensacionibus concedere. Adiutor tamen aliquando causam adesse iustum, ut denunciations ad matrimonij contractum omnino omitantur, aliquando vero ut solum postponantur contractui, praemittanturque confirmationes.

8. Praedicti Doctores plures specialiter causas designant, prima est, quia tradit Concilium, timor malitiosi impedimenti, ut quando iniquè, & contra rationem timetur matrimonium impedendum esse, haec est sufficiens, ut postponantur denunciations. Secunda causa, ut omnino omitantur, est infamia, qualiter contingit, si diu existimat coniuges publicentur, ut bene testatur Gutierrez. de iuram. confim. cap. 1. num. 12. Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 8. 3. num. 27. Coninch. disp. 27. dub. 6. num. 56. Valer. Reginald. lib. 31. num. 23. 5. Tertia est disparitas conditionis, etatis, diutinarum, & qualitatis, ut docent Nauar. cap. 22. num. 70. Salcedo. tract. cap. 73. ad finem. Spino de testam. gloss. 1. num. 18. Sanch. disp. 9. num. 3. Stephan. Gratian, disceptat. forens. cap. 8. 3. numero 2. 5. eo quod paucum in circulo de eorum facto sermo habetur, quod pudorem ingreditur, qua causa regulariter est sufficiens ad omnimodam denunciationum omissionem. Quarta & sufficiens ad integrum dispensationem, est periculum anima & sua propria, & sue alienum, quale ceterum est timor graui scandali, quod initio statim matrimonio vitari potest, vel si contrahentes praeceps se amore fuerint prosecuti, timeanturque in eo fore perseueratores, nisi matrimonium nulla dilatatione facta contrahatur. Et idem est de meretricie in lupanari exposta, oportet enim permettere, ut matrimonium statim contrahatur, tum ut a male statu desistat, tum ne ipsa, vel sponsus voluntatem contrahendi mutent. Sic Sanch. disp. 9. num. 17. aliqui Doctores superius relati. Quinta sufficiens ad postponendas denunciations, est legitimatio prolixi in mortis articulo, & securitas decadendi in bono statu, ut ex communione omnium sententia restatur Couarou. 2. part. de sponsalib. cap. 6. num. 11. Sarmiento. lib. 1. select. cap. 6. num. 7. Henr. lib. 11. cap. 5. 8. 1. Sanch. disp. 9. num. 19. Gratian. cap. 8. 3. num. 16. Sexta sufficiens ad omnimodam dispensationem, est periculum colummandi matrimonium ante benedictionem nuptiarum, eo quod sit vicinus tempus in quo benedictiones nuptiales prohibentur, ut tradit Zerola, prax. Epis. 1. part. verbo, Matrimonium s. 9. Reginald. lib. 3. num. 2. 3. 5. Sanch. disp. 9. num. 1. 4. Regid. Coninch. disp. 27. dub. 6. num. 56. Septima sufficiens ad integrum dispensationem denunciationem est fauor in bonum Ecclesiae cedens, qualis sapientia Magnaribus factus, si ab honore publicationis eximantur, vbi concedit Nauar. cap. 16. num. 3. 6. Sotus in 4. d. 28. quest. 1. art. 2. post. 3. conclus. Coninch. disp. 27. dub. 6. num. 57. Tandem quecumque notabilis contrahentis commoditas sua temporalis, & sua spiritualia praefata causam iustum omittendi, vel saltem postponendi denunciations, ut ex Doctotoribus supra relatis facilè colligitur. Illud vero est omnino aduentum obligatum esse Ordinarius antequam dispenset ne praemittantur denunciations inuestigare diligenter, tum an causa, qua illi praeponitur adit, tum ne contrahentes sint aliquo impedimento ligati; sicut adiutor Sanch. disp. 9. num. 20. Coninch. disp. 27. dub. 6. num. 57.

§. V.

An teneatur Ordinarius aliquà ex supradictis causis concurrente dispensare, contrahentésque possint negata dispensatione contrahere?

1. Non est obligatus Ordinarius dispensare, nisi quando bono communis, vel particulari contrahentium maxime expediat.
2. Satisfit eidam obiectioni.
3. Qua causa bono communis, vel particulari contrahentium maxime expediant?

4. Si Ordinarius obligatus concedere dispensationem denegare, poterunt contrahentes omisis denunciationsibus contrahere.
5. Non potest Ordinarius pro iis dispensationibus aliquam mandatam impone.
6. Aliquando denunciations ante consummationem matrimonij debent premiti, si ante premisa non fuerint.
7. Probabile videatur non esse peccatum mortale consummari matrimonium non prmissis his denunciationsibus, si contrahentes certi sunt nullum subesse impedimentum.
8. Non est peccatum mortale consummari matrimonium ante benedictiones Ecclesie.
9. Quibus coniugibus ha benedictiones concedenda sint?

1. Etsi plures Doctores relati à Sanch. lib. 3. disp. 20. num. 3. censeant existente legitima causa dispensationis obligatum esse Ordinarium dispensare: at verius & receptus est solum hanc obligacionem inesse quoties bono communis, vel particulari contrahentium maxime expediat praevidam dispensationem concedere, ut bene docuerunt Sanch. lib. 3. disp. 1. 0. num. 6. Gutierrez. lib. 1. canon. q. 9. cap. 20. num. 3. & de matr. capit. 2. numero 4. Coninch. disp. 27. dub. 6. num. 57. Basil. Pocc. lib. 5. cap. 31. post medium. Quippe Prelatus ex officio retinet bono communis, & speciali subtitorum prouidere, quae si dispensatione huic bono conuenienter denegocera, tria proprium munus grauius delinquit, poterique a generatione facta appellari, saltem quoad effectum devolutum, vt recte notauit Gutierrez. de matr. dicto cap. 57. num. 5. Quod si penitatis omnibus non grauius bono communis, vel subtitorum dispensatio conduct, sed leuite tantum, censenda est gratia dispensatio, eo quod haec leuis commoditas a bonis compensetur obseruatione rigida legis communis. Probanque potest haec doctrina dupli Texu, primo ex cap. exp. stylasti de clericis. ex commun. ministris, vbi inquit Pontifex, mihi forsitan cum eis fuerit misericorditer dispensatum. Expedit verbum misericorditer, quod gratiam denotat, non obligatum, tametsi causa iusta dispensandi subsit, alia dispensatio concedi non potest, effet enim dispensatio, & abuso potest. Itemque cap. 1. si clericis, & in iudicis. §. de adulterio, libertati Episcopi relinquunt dispensationem, vbi Glossa ait, dispensationem aliquando esse debitam, aliquando gratis fieri. Ecce vero cap. cum ex eo, de Elect. in 6. vbi conceditur Episcopo, ut possit cum Clerico dispensare, ne septemno reflebat studiorum cautam; Doctores communiter assertur esse obligationem grauem dispensandi ob bonum communis, & seculare subdit, & quia in Texu causa exprimitur. Sic loam. Andri. Archidac. & Franc. ibi.

2. Neque obets, quod Concilium in gravissima causa matrimonij in impedimento arbitrio Ordinarii dispensationem remitterat, ut inde inferatur nunquam Ordinatum obligatum esse dispensare, quia Coacilium Ordinario remittit iudicat, si malitioso impedimento stante expediat, vel non expediat denunciations omittire? eo quod alia via malitiosum impedimentum afferri possit. Non autem Ordinario concedit libertatem negandi dispensationem, eo ipso quod iustus matrimonium expedire, & malitiosum impedimentum alia via non posse tolli.

3. Quod si roges, Qua causa ex supradictis expressis gauiter, vel leuite bono communis, vel particulari contrahentium conducat? Breuiter respondeo omnes causas superius affligentes grauius bono communis, vel speciali contrahentium conducere, excepta tertia, qua oritur ex vere cunda ob disparitatem etatis, conditionis, nobilitatis, vel diutinarum, & excepta septima de gratia, & favore Magnaribus faciendo: quippe haec duae causae esti iusta sint, non tamen ita graves, quia sapientia grauius virget, & Ecclesia conuenientius sit legem hanc Ecclesiasticam de denunciationsibus praevidere & observare, ut tradit Sanch. Coninch. Gutierrez. Basil. & alii supra.

4. Verum, si stante iusta causa, ob quam grauius bono communis particulari subtitorum expedit dispensationem concedere, Ordinarius denegat, poterunt contrahentes omisis denunciationsibus contrahere, quia leges Ecclesiasticae non obligant cum graui iactura, ut bene docent Nauar. cap. 22. num. 70. Sotus in 4. d. 28. q. 1. art. 2. conclus. Henr. lib. 1. cap. 5. num. 5. & cap. 5. m. 5. & alii relatis Sanch. disp. 10. n. 27. Gutierrez. de matr. cap. 57. num. 6. Coninch. disp. 27. dub. num. 59.

5. Modus ab Ordinario obseruandus in hac dispensatione, liberalis est debet, argue adeo nullam pecuniariam multam imponere potest, vti generaliter dicimus est à Concil. Trident. sess. 2. cap. 18. de reformat. Neque valet dicere gratis dispensationem concedi, tametsi precipiat dispensando, ut eleemosynam aliqui pio loco tribuant, quia esto dispensando nihil recipiat, at ob eius actionem onus dispensando imponitur: non igitur gratis, conceditur, sicut non concedetur gratis sacram ei qui stipendium alteri dandum obligaretur; ideoque omnes Doctores conueniunt non posse Episcopum concedentem dimissorias ad Ordines obligare ordinandum, ut pro dumi sibi eleemosynam pio loco elargiatur, quia non est.